

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Franciscus Bonomus Tergestinus sereniss. Ro. Reginae secretarius Ioanni
Reuchlin Phorcensi

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

EPIS. ILLVST. VIRORVM AD

tuerunt, a nostris uiriliter aggressi, & usq; ad unum deleri, omnisq; præda & christianus qsq; abactus tū liberatus est. Scribit hæc Hūgaria rex Cæsareæ maiestati hortando ut credat, qm̄ ita ueritas rei se habeat. Quare cōgratulare uictorib⁹, iūsta gratiarū actiōe optimo deo nostro reddenda, q̄ populū suū afflictū misericordiæ oculis respexit. Vale. ex Lintz citissime ultima Februarii. M. cccc. lxxxiii.

Franciscus Bonomus Tergestinus Sereniss. Ro. Reginae
Secretarius Ioanni Reuchlin Phorcensi.

S Aluus sis Capnion latentissime, sic em̄ iure te nuncupē, q̄ mihi iste inter sacras patrū nostrorū literas mensē fere delinueris. Cū alioquin scires nos adeo earū cupiditate teneri, ut nulla p̄sentis morbi tā uehēmēs uis unquā ingruerit, quin semp̄ aliquid ex sancta lingua uel de lectulo tangeremus, cū p̄ oculorum imbecillitatem lectiōni nullus esset locus. Nec illud sane nos a proposito dimouit, q̄ compertum haberemus potissimam agritudinis nostræ causam fuisse continuum per mensem a prandio statim laborem, dum prima eius rudimenta capere contēderem. Sed perge queso ut corpisti, & pro nobis quoq; aliquid reponas, quo me dū regu morbi reliquias Cleopyrgotanae aulae deliciis, puellarum salutatione & omni deniq; uoluptatum genere, per quas morbus is pelitur excusserim ocyus, de equo de curriculo de nauī utenq; locus dederit, docere possis. Reliquum est ut te moneam, maiorem nos in dies rectæ ualetudinis profectū agnoscere, id quod unus Mœenas noster immo pater hætenus præstitit, ac in dies magis præstat. Hic unus (ut obiter scias) ereptam fere nobis per clinicos uitam restituit, hic nos exanimis iam seruauit. Huic quicquid sum, quicquid in nobis reliquum est debeo, hic mihi loco uerae genitricis fuit. Scribo ad eum paulo longiorem epistolam de medicorū seculi nostri impitia. Si nō uacat is, oro tu legas, ut uideas quo mō hi nos in hac agritudine torserint. Fœlix ualeas. Ex cleopyrgotanae regiae nuptiis.

Adolphus Occo illustrissimi Sigismundi Archiducis Austriae
Medicus Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

O Blestauī me mirifice literarū tuarū oblatione, nō modo q̄ docti hominis doctrinā pariter & eloquentiā p̄cipuā redolerent, & si hoc mihi omni tpe iucundū est, Sed etiā q̄ summam tui erga Adolphum charitatem beneuolentiamq; præferre